QUODVULTDEUS. MARBODUS REDONENSIS. AMBROSIUS MEDIOLANENSIS. AUGUSTINUS
Ende 12. Jh. Seite 122r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36565
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



laudant stelle. luminaria. laudat quicquid natat. quicquid uolat. quicquid ambulat
quicquid repit. laudant ista omnia dnm. Numquid audistis quod laudat dnm aua
riciam. Nunquid audistis quod laudat dnm ebrietas. luxuria. laudat nugacitas.
Quicquid ibi non audis laudem dare dno. non fecit dns. Corrige quod tu fecisti. ut salue
tur quod inte fecit ds. Si autem non uis. et amas. et amplecteris peccata tua. contrarius es
xpo. intus sis. foris sis. anticristus es. intus sis. foris sis. palea es. Sed quare foris non
es. Quia ocasionem uenti non inuenisti. Iam ista manifesta sunt fratres. ne quis dicat xpm
non colo. sed dnm colo patrem ipsius. Omnis qui negat filium. nec filium nec patrem habet. et
qui confitetur filium. et filium et patrem habet. O si grana alloquitur. ut qui palea erant au
diant. et grana fiant. Vnus quisque considerans conscientiam suam. si mundi amor est.
mutetur ut fiat amor dei. ne sit anticristus. Si quis ei dixerit quod anticristus sit. irasci
tur. iniuriam sibi factam putat. fortassis inscriptionem minatur. si audiat altigan
te quod anticristus sit. Dicit ei xpc. Paciens esto. si falsum audisti. gaude mecum. quia
et ego falsa ab anticristis audio. Si autem uerum audisti. conueni conscientiam tuam.
et si audire times. esse. plus time. Ergo uos quod audistis ab inicio. in uobis permane
at. Quod si in uobis manserit. quod ab inicio audistis. et uos in filio et patre mane
bitis. Hec est pollicitatio quam ipse pollicitus est nobis. uitam eternam. Forte enim quere
res mercedem. et diceres. ecce in me quod ab inicio audiui. custodio. obtempero.
pericula labores. temptationes. pro ista permansione sustineo. Quo fructum. Qua
mercede. Quid mihi postea dabit. quia in hoc seculo me uideo laborare. inter temptati
ones non uideo hic requiem esse aliquam. ipsa mortalitas adgrauat animam et cor
pus. quod corrumpitur premit ad inferiora. sed tolero omnia. ut illud quod ab inicio
audiui maneat in me. et dicam deo meo. propter uerba labiorum tuorum. ego custo
diui uias duras. Ad quam quo mercedem audi. et noli deficere. Si deficiebas
in laboribus. promissa mercede fortis esto. Quis est qui operetur in uinea. et recedat
illi de corde quod acceptur est. Fac illum mercedem suam oblitum. deficiunt manus.
Memoria promisse mercedis. perseuerantem in opere facit. Et homo promisit qui
te potest fallere. quanto fortior debes esse magro dei. quando promisit ueritas. cui
nec succedi potest. nec mori nec fallere. eum potem cui promissum est. Et quid est
quod promissum est. Videamus quid promisit. durum est quod hic multum amant homines.
an argentum. an possessiones ad quas fundunt homines aurum. Quam uis